

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Sed enim quia tu deus clemens et misericors es: paciens et multe miserationis et ignosce non super malicia. Et nunc domine tolle queso animam meam a me: quia melius est michi mors quam vita. Et dixit dominus. Putasne bene irascaris tui? Et egressus est ionas de ciuitate: et sedit extra orientem ciuitatis. Et sibi met fecit umbraculum ibi: et sedebat subter illud in umbra: donec uideret quid accideret ciuitati. Et parauit dominus deus edera: et ascendit super caput ionae ut esset umbra super caput eius: et protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus est ionas super edera leticia magna. Et parauit deus vermem ascensu diluuii in crastinum: et percussit ederam et exaruit. Et cum ortus fuisset sol precepit dominus vento calido et uentus: et percussit sol super caput ionae: et estuebatur. Et petiuit aie sue ut moreretur. Et dixit. Melius est michi mori quam uiuere. Et dixit dominus ad ionam. Putasne bene irascaris tui super edera? Et dixit. Bene irascor ego usque ad mortem. Et dixit dominus. Tu doles super edera in qua non laborasti neque fecisti ut cresceret. que sub una nocte nata est et sub una nocte perit: et ego non parcaminime ciuitati magne: in qua sunt plus quam centum uiginti milia hominum. qui nesciunt quod sit inter dexteram et sinistram suam et iumentum multa:

Explicit ionas propheta. Incipit micheas propheta



Merbum domini quod factum est ad micheam moresiten in diebus ioatham acham ezechie regum iuda: quod uidit super samariam: et iherusalem. Audite populi omnes et attendat terra

et plenitudo eius. et sit dominus deus uobis in testem: dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo: et descendet et calcabit super excelsa terre. Et consumentur montes sicut eum: et ualles scindentur sicut cera a facie ignis: sicut aque que decurrunt in preceps. In scelere iacob omne istud: et in peccato domini israel. Quod scelus iacob: et domine samaria: et que excelsa iudee: et domine iherusalem. Et ponam samariam quasi aceruam lapidum in agro cum plantat uinea: et detrahaz in

uallum lapides eius. Et fundamenta eius reuelabo: et omnia sculpilia eius cadent. Et omnes mercedes eius igne aburentur: et omnia ydola eius ponam in perditionem quia de mercedibus meretricis congregatae sunt: et usque ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plagam et ululabo: uadam spoliatus et nudus. Faciam planetum uelut draconum: et luctum quasi struionum. Quia desperata est plaga eius: quia uenit usque ad iudam: tetigit portam populi mei usque ad iherusalem. In getho nolite annunciare: lacrimis ne ploretis. In domo pulueris puluere uos aspergite: et transite uobis habitatio pulchra: et uulsa ignominia non est egressa que habitat in exitu. Planetum domus uicine accipiet ex uobis que stetit sibi met: quia infirmata est in bonum que habitat in amaritudinibus. Quia descendit malum a domino in portam iherusalem: tumultus quod urget super os habitati lacibus. Domini apium peccati est sicut syon: quia in te inuenta sunt scelera israel. Propterea dabit emissarios super hereditatem getho: domus mendacii in deceptione regibus israel. Adhuc heredes adducam tibi que habitas in maresa: usque ad odollam ueniet gloria israel. Decaluare et tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluicium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te

Capitulum

ii.



Et qui cogitat inutile: et operas minus malum in cubilibus uis. In luce matutina faciunt illud: quoniam contra dominum est manus eorum. Et concupierunt agros et uolenter tulerunt et rapuerunt domos: et calumabantur uirum et domum eius: uirum et hereditatem eius. Ideo haec dicit dominus. Ecce ago cogito super familiam istam malum unum non auferet colla uia: et non ambulabit superbi: quoniam tempus pessimum est. In die illa fumet super uos pabola: et cantabitur cantum cum suauitate dicentium. Depopulatione uastati sumus. Pars populi mei amutata est. Quomodo recedet a me. euz reuertat que regiones nostras diuidat. Propter hoc non erit tibi mittens fumulum forte in cetu domini israel. Ne loqui loquentes non stillabit super istos: non apprehendet confusio diei domini iacob. Nunquid abbreviatum est spiritus domini: aut tales sunt cogitationes eius? Nonne uerba mea bona sunt cum eo qui recte greditur? Et contrario populus meus in aduersarium asurrexit